

AUSPICE D<sup>O</sup>!

DISPUTATIO PNEUMATICA

D<sup>O</sup>

POTENTIA DEI,

*Quam*

Indulx<sup>t</sup>u veniāq; Amplissimi Colle-  
gii Philosophici in Academiā  
Percelebri Aboensi,

P R A E S I D E

*Viro Clarissimo*

M. DAVIDE LUND/

Lingvarum Orientalium Professore  
Reg. Ordinario,

PRO GRADU MAGISTERII *consequendo*  
*defensurus est*

ERICUS WALLENIUS

Off: Bothn. Finno,

die 28. Mensis Maii anno. 1692. in Audito-  
rio Maximo ante meridiem.

Impr. Aboe apud Joh: WALLIUM.

*Iacobus Gyllberg*

A M I C O D E  
A D I T A P R O P R I E T A R I A  
1710

2000 3000 4000  
1000 2000 3000 4000  
1000 2000 3000 4000  
1000 2000 3000 4000  
1000 2000 3000 4000

2000 3000 4000  
1000 2000 3000 4000  
1000 2000 3000 4000  
1000 2000 3000 4000  
1000 2000 3000 4000

1000 2000 3000 4000



# IN NOMINE JESU.

## THESIS I.

**C**eteris hâc vice omissis, qvæ ad Definiti explicationem obtainendam adduci solent, paucis tantum attingemus vocis Potentiæ Homonymiam, qvippe cujus expositionem nostro instituto præcipue existimamus profuturam. Non autem per illam intelligimus Potentiam qvamlibet activam, veluti vires agendi spiritibus creatis divinitus concessas; neque reliqvorum entium, qvæ tum respectu originis tum operationum à suprema dependent causa, munia sub exeqvendi promptitudinem; nedum passivam qvalis competit materiæ consideratæ qvatenus & sub notione causæ, & effecti intellectui objicitur: sed eam, qvæ activa qvidem appellari meretur maximè, quam tamen

juxta sub conceptu infinitatis cele-  
brari par est, accidentium videlicet  
exemptam numero, & nulli creaturæ  
communicabilem, summaque perfecti-  
one ad omnia se extendentem, qvæ  
fieri manifestam non involvunt con-  
tradictionem. Ejus naturam thesibus se-  
quentibus, Deo bene juvante, in con-  
spectum producemos, quantum hoc  
loco eam explicare convenit.

### THESIS II.

**S**ilingius (a) apud Voetium statuit  
femina prima, unde omnis notitia  
naturalis haurienda est, alioque nomi-  
ne ~~separata~~ ~~errata~~ vocari solent, eosque  
~~non~~ pertingere, ut eorum ope in co-  
gnitionem omnipotentiæ Divinæ quis  
assurgere valeat; sed ex alio fonte  
illam esse derivandam, copiosissimis  
videlicet scripturæ Sacrae Archivis. Sed  
quemadmodum Pelagiani, & iisdem ca-  
nentes tibiis, veritatis limites impio  
transgrediuntur saltu, intimatione natu-  
rae

(a) Kilianus Rudrauff. Metaph p. 793

ræ corruptionem conantur palliare argumentis ex cœca rationis pharetra petitis, dum ajunt lumen naturæ, si accesserit exercitium, sufficere saluti consequendæ: Ita Smisingius in alterum delapsus **extremum** censet hominem non tantum concreata excellētia exutum, qvod verisimum est, sed etiam rationis usū pene esse privatum: Qvamdiu itaque sartum tectumque manet hominem anima intelligente esse instructum, juxta affirmandum est principia innata non tantum deducere nos in cognitionem rerum naturalium, verum etiam ipsius naturæ auctoris, tum qva existentiam, tum qva attributa illam denominantia. Promissis staturi nostris, statim Definitionem Omnipotentiæ Dei delumptam ex b. m. Doct. GEZELIO, Episcopo quondam Excelentissimo (b) hic, ante cætera qvæ considerare convenit, exhibemus conspiciendam: Omnipotentia est attributum Dei positivum, juxta

A3

quod

(b) *vid. Pneumat. p. 184.*

qvod is omne illud, qvod fieri nullo plane modo repugnat, efficere extra se posse concipitur. Licet res quam hic expendimus sit perfectissima, tamen qvo minus illa aptari queat perfectæ definitionis regulis, reqvirentibus genus proximum & differentiam specifcam, obstat & identitas illius cum essentia divina, & stupenda ejusdem ξοχη: qvin & imperfectionis implicatio, qua laborant angusti prædicamentorum termini, qvibus entia tantum creata in cludi apta nata sunt. Qvare vocabulum attributi hic non ambulat pari passu cum secundo prædicabili, multò minus accidens subjecto inhærens denotat; Sed solummodo adhibetur loco conceptus convenientiæ explicantis essentiam divinam, cum qva a parte rei planè coincidit. Respectu autem nostri atq; objectorum inter essentiam & idioma ta formalis tantum exurgit differentia. Intellectus enim noster non potest Semel & simul nisi unicæ rei esse intentus. Itaq; sub diversis & qvidem inad-

æq; a-

æqvatis mentis operationibus unum i-  
demq; objectum sibi per omnia simile,  
qvo ad ejus fieri potest, examinat &  
apprehendit. Omnipotentiam Dei esse  
Idioma ~~ενεργίην~~ & ~~θεοῦ~~ cum apud  
omnes extra dubitationis aleam sit po-  
situm, id ipsum pluribus exponendo,  
nunc actum non agemus.

### THESIS III.

Jam instituti ratio exigit, ut objectum  
Omnipotentiæ expendamus, qvod ab-  
solvunt ea, qvæcunq; sunt agibilia sine  
implicatione defectus in essentia Dei  
sanctissima, & absq; contradictione or-  
ta ex terminorum immediatâ repu-  
gnantia, evertente veritatem divinam  
& impingente qvoq; in canonem ab-  
solutæ infallibilitatis: duo contradicto-  
ria nunquam possunt esse simul vera  
& falsa. Fuere qvidam inter qvos Plinius  
(c) & Plutarchus, eo irretiti errore, ut  
existimarent illud Omnipotentiæ Dei  
haud exiguum detrahere partem, qvod  
dentur

(c) Ruder auff. 1. d. p. 792. col. 2

dentur actus peccaminosi, quibus Creaturæ lapsi obnoxiae se immaculant & tam longo intervallo ab essentia divina distant, ut impossibile sit illos in ea reperiri. Sed decuit ipsos novisse non dari actionum malarum causam efficientem propriè dictam. quin potius tales edentem maximis scatere imperfectionibus: illi namq; actus deviant ab uno honesto j; in quod & Deus ipse ob sanctitatem perfectissimam fertur summa cum alacritate, & quod creaturæ mandata sua initio exequi valenti legibus latere faciendum definivit. Neq; peccare pars libertatis est, sed omnino involvit impotentiam ea agendi, quæ juxta tenorem virtutis præstare decet: Deus autem ut est agens liberum, ita etiam hoc ipso ejus Omnipotentia maxime elucet, quod ea effici dare valeat, quæ non tantum vires exsuperant circumscriptas, sed & rationis excedunt captum; quod a peccati contagio adeo sejunctus sit, ut sanctitas ejus eo infici nunquam possit.

Con-

Constituunt itaq; objectum Omnipotentiæ divinæ omnia possibilia, non relate i. e. respectu potentiarum finitæ sic dicta, sed absolutæ accepta, ita ut excludantur quævis impossibilia pariterq; necessaria. Unde liquet Omnipotentiæ ambitu suo complecti non tantum entia realia, illa producendo, sustentando & annihilando verum etiam non entia, h. e. quæ sunt sine existentia, & potentiam in ætum deduci permittrunt. Vocantur autem absolutæ possibilia, quæ non implicant contradictionem manifestam & veram. Oritur autem illa, vel ex ratione potentiarum divinarum, (d) quando ea illi attribuuntur, quæ naturæ ejus sunt contraria. Ita falli non potest Deus ob sapientiarum suarum amplitudinem, qua omnia intuetur ac tu simplicissimo præterita, præsentia acq; futura; nec peccatum committere ob immutabilem & absolutam sanctitatis suarum perfectionem: nec aliter manifestare voluntatis suarum arcana consilia,

(d) Cundis. in Hatt. lib. de Deo p. 87 seqq

significationum apparatus, retentis iisdem vocabulis, non mereatur nomen confusionis. Qui Deum ita creasse Lingvarum contendunt multitudinem, quemadmodum principio produxisse constat unicum, a verbis textus justo longius non abeunt, cui omnino hærendum censemus. Ne vero ipse nihil statuendo in aliorum opinionibus recensendis frustra tempus consumere videar, illorum cum priori conjungo sententiam, qui insignem hanc confusionem, consonarum & punctorū permutatione, μεταθέσει, subduktione & accentuum diverso situ absolvi credunt, quo variato alias sæpe gignitur sensus. E. G.

*Est vere procerum, procerum corpus  
babere.*

qvæ diversæ syllabæ elevatio, diversam quoque involvit notionem. Hâc itaque gravi pœna elatum illorum coeruit animum vindicta Divina, ut rupto fœdere urgenteque necessitate coacti fuerint mutare consilium, atque infelici eventu labore suo respondente, domicilia alibi quærere; cujas exilii metu ad tanti facinoris adacti fuerant audaciam

daciam. Linguam tamen primævam non tantam sensisse corruptionem existimabimus ut in universum pristinum amiserit nitorem; sed penes Eberi posteros manserit integra, loco divini pignoris certissimique argumenti, illos præcipue cœlestis fore participes favoris, qui obsequium erga Creatorem testati fuerunt, improbando reliquorum impium institutum, atque illis operam denegando. Quot autem linguarum farragines emerserint in hac γλωττοσυγχύσει, cum catalogus earum, quem varii varium recensent, meritis innitatur conjecturis, haud vitio versurum nobis existimamus cordatum Lect. si hanc lit. decidere prætermiserimus. Hic verò interponere volupe est verba Johannis Goropii Becani (n) quibus super (n) hâc controversia suam fert sententiam: *Alst.* *quot vero linguae vel nunc sint, vel olim* <sup>Chro.</sup> *fuerint, quamvis quidam definire ten-* <sup>Theb.</sup> *tarint: Ego tamen nemini puto liquere,* <sup>pag.</sup> *& non magnopere nostra interesse.* <sup>139.</sup> Præstat igitur eruditam fateri inscitiam, quam obscuris conceptibus errori præbere occasionem. Sed antequam huic

ftri deferunt domicilium; cum qva modum agendi. Quemadmodum potentia illa ab omnibus circumscriptio[n]is terminis est immunis, ita nullum opus in rerum natura existens, ut ut Iuvassime nostros delectet sensus, ostendi potest, qvod exhaeriat infinitas Omnipotentiæ vires, & ubi illius sistatur promptissima agendi facultas. sed haud dubie possit qvamdiu ipsa manferit infinita, manebit autem in eternum, unum altero perfectiorem & praestabiliorem producere effectum. Hic distingvi poterit inter modum agendi, qvi semper est perfectissimus, & res ipsas, qve variis perfectionum gradibus invicem differunt. Distingunt qvidam inter melius adverbialiter (1) & nominaliter sumptum, qvod eandem qvam nos defendimus, comprobat sententiam. Dividunt non pauci potentiam Dei in ordinariam, & extra ordinariam sed cum utraq[ue] sit actualis, totam non adæquat potentiae divinæ latitudinem.

Com-

(f) Did. Rudeauff.: p. 801 col. 1

Commodissimè ergo distinguitur in ordinariam & ab solutam; Hujus natura in eo consistit, ut non dicat relationem ad cætera attributa, sed solummodo indigit, quod Deus possit per omnipotentiam simpliciter efficere; Illa vero ad alios relata essentiam divinam exprimentes conceptus, versatur tantum circa ea, quæ voluntas divina efficienda esse determinat. Modo dictum fuit utramq; potentiam, ordinariam scilicet & extraordinariam esse actualem; per priorem concurrit Deus ad actiones causarum secundarum juxta leges naturæ præscriptas & ordinem a se principio institutum, sed modo diversissimo; nam actionibus a norma legis declinatis motum tantum largitur & sustentat naturalem, vitium autem adhaerens operationi causæ secundæ adscribendum est. Intuitu posterioris agit Deus præter & supra ordinem communem, quo modo suppositorum actionem vel suspendit, vel pro-

propria à suis subjectis, separat, ut si  
 statur motus solis per naturam illi in-  
 ditus, ferrum innatet aquæ, ignis a-  
 mittat vires comburendi, aqua quæ  
 propriis communiter non continetur  
 terminis, instar corporis solidi fulcia-  
 tur sua ipsius superficie. Potentia Dei  
 recte quoque (g) in naturalem & li-  
 beram dividitur, illa actus ad intra,  
 qui ex necessario naturæ divinæ prin-  
 cipio proveniunt, complectitur, ut gi-  
 gnere, nasci, procedere. Hæc vero nem-  
 pe libera potentia comprehendit o-  
 mnia quæ absolute a Deo fieri possunt.  
 Libertas hic non opponitur coactioni,  
 sed necessitati, absoluta enim necessi-  
 tate Deus genuit filium, hic natus est,  
 atque tertia persona ab utraque processit.  
 Theodorus Beza distinguit inter dñm ap. &  
 & egyptiar., ut realem & verissimam  
 communicationem idiomatarum tanto im-  
 pugnet felicius cum hanc qvidem  
 Christi humanæ naturæ adscribit, il-  
 lam vero eidem communicatam mor-  
 dicus

(g) Cundis. in Hutter. l. x de Deo. p. 86

dicus negat. Sed notandum, qvod dum a Theologis Orthodoxis obser-  
vatum novimus, eam locum inveni-  
re distinctionem tantum in humanis,  
nam læpe mortalis conditio a propo-  
sito ob virium desistere cogitur de-  
fectum, qvi in Deum nullius respectu  
operationis cadere potest.

### THESES V.

Inter duas illasqe præcipuas schola-  
sticorum lectas Thomistas scilicet &  
Scholastistas acerrimè disputatum fuit, u-  
trum posset Deus producere effectum  
actu infinitum? Hi adfirmativam mul-  
tis rationibus propugnarunt senten-  
tiam: Illi e contrario negativam susce-  
perunt defendendam, qvæ veritati e-  
tiam omnino est consentanea. Infinitas  
enim actualis est solius Dei esse entia  
attributum; qvod si quis effecto alicui  
adscribendum existimaverit, manife-  
stissimæ contradictionis notam evita-  
re non poterit, qvæ infertur cum  
ratitone producentis infiniti qui nemi-  
nem præter se ipsum, tam sublimiorna-  
tum

tum maiestate ferre potest; tum respe-  
 tu quoque effecti, qvod a causa & qui-  
 voca univocum fieri nequit, hoc modo  
 tolleret etiam suam ipsius essentiam, ut  
 in antecedentibus ostensū fuit. Qværiet-  
 iam solet: anne præter necessitatem sta-  
 tuant Theologi absolutam Dei potentia-  
 am cum ordinaria & extraordinaria  
 sufficiat ad actiones divinas? At scien-  
 dum illam realiter ab hisce duobus po-  
 tentiæ divinæ modis non differre, sed  
 prorsus intuitu essentiæ esse eandem. No-  
 tari quoq; meretur rectè a Theologis  
 mentionem fieri potentiaæ absolutæ, si  
 quidem Deus juxta illam omnia simpli-  
 citer facere potest; in qua consideranda  
 oculi mentis humanæ plusquam noctu-  
 arū ad solis jubar cœcutiunt. Prociū defen-  
 dentem viginti argumentis possibilitatē  
 mundi ab æterno condendi reperies à  
 Pererio (h) convulsum atq; refutatum.  
 Memor brevitatis propositæ hic termi-  
 num statuo. B. L. Deo supplici prece com-  
 medans & ipsi optima appræcans fati-

*Lib. 15 Phys. p. 778. & seqq.*

SOLI DEX GLORIA.